DE

PANARITIO.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICO-CHIRURGICA,
QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN UNIVERSITATE LITERARIA GRYPHICA
PRO SUMMIS
IN MEDICINA ET CHIRURGIA NEC NON IN
ARTE OBSTETRICIA HONORIBUS
DIE XVI. MENSIS APRILIS A. MDCCCXXXIX
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

CHRISTIAN. ADOLFUS BERGT
SAXO-SCHOENBURGENSIS.

1839

OPPONENTIBUS:
FL. ADVENA, MED. ET CHIR. DR.
J. MICHALSKY, MED. ET CHIR. DRD.
J. SCHILLER, MED. ET CHIR. CAND.

GRYPHIAE,
TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.

VIRIS
ILLUSTRIBUS, AMPLISSIMIS, GENEROSISSIMIS

PER INNUMERA BENEFICIA DE SE OPTIME MERITIS

E. C. L. DE FRISCH,

TERRARUM KLOCKSIN, NEUDORF, GROSS-BAEBELIN, ALIARUMQUE IN MAGNO DUCATU MEGALOPOLITANO DYNASTAE,

F. SCHRADER,

DOCTORI PHILOSOPHIAE, TERRARUM THALBERGENSIUM IN POMERANIA CITERIORI DOMINO HEREDITARIO, NONNULLARUM SOCIETATUM OECONOMICARUM SODALI,

ET

A. F. G. RASSOW,

TERRARUM PATZIG IN INSULA RUGIA DOMINO HEREDITARIO

HASCE

STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

SACRAS ESSE VULT

AUCTOR.

Literatura.

Georg Wolfgang Wedel, Differtatio de Paronychia. Jenae 1674.

ernhard Albinus, Differt. de Paronychia. Francoforti ad Viadr. 1694.

an Amftel, Differt. de Paronychia. Lugd. Bat. 1758.

idault, Ergo in omni paronychia partis incifio praeferenda. Paris 1772.

uë, Diff. de panaritio. Paris 1772.

ocke, Diff. de panaritio. Goett. 1786.

B. Jäger, Funfzig prakt. Cautelen. Frankf. a. M. 1788.

allifen, Principia fyftematis chirurgiae hodiernae. Hafn. 1788.

[elchior, Differt. de panaritio. Duisb. 1789.

Flajani, Ueber das Nagelgefchwür; in Kuhn's u. Weigel's italien. med. chirurg. Biblioth. Bd II.

ercy, Chirurg. prakt. Pyrotechnik. Leipzig 1798.

Suë, Prakt. Bemerkungen und Beobacht. über den Nutzen des Schnittes und des Aetzmittels zur Heilung des Fingergefchwüres; in Schregers und Harlefs's Annalen. Bd I. Hft 3. No. 5. Erlangen 1800.

ogt, Diff. de Paronychia. Viteb. 1803.

ug. Gottl. Richter's Anfangsgründe der Wundarzneikunft. 7r Bd. Gött. 1804. S. 273.

ıyer, Traité des maladies chirurgicales. T. IX. p. 25.

acnavères, Diff. fur le panaris. Paris 1804.

M. Lagné, Diff. fur le panaris. Paris 1806.

ıtouzé, Diff. fur le panaris. Paris 1811.

Berger, Ueber die Erkenntnifs und Kur der wichtigſten und häufigſten äuſſerl. Krankheiten. Erfurt 1811. Bd I.

Potot, Diſſ. ſur le panaris. Paris 1813.

Charpentier, Diſſ. ſur le panaris. Paris 1815.

Duteil, Diſſ. ſur le panaris. Paris 1815.

Bloch, Tractatio de mutationibus unguium morboſi. Berolini 1816.

Balfour, In the London medical and phyſical Journal. 1818.

J. Wardrop, An account of ſome diſeaſes of the toe and fingers with obſervations on their treatement in Medico-chirurgical Transactions. Vol. V.

S. Cooper's Handbuch der Chirurgie in alphabetiſche Ordnung. Bd II. Weimar 1821.

J. C. L. Grimm, Ueber den ſogenannten Wurm am Finger. Hannover 1826.

Boyer-Collard, (nach Dupuytren) im Repertoir general d'anat. et de phyſiol. pathologiques et de clinique chirurgicale. Tom. II. part. 1. Paris 1826 (Heuſinger's Zeitſchrift für die org. Phyſik.) Bd 1 Hft 5. 1825.

Lelut, im angeführten Repert. Tom. IV. 1827. (Heuſinger's Zeitſchrift) Bd II. Hft 5.

A. Cooper, Ueber einige Krankheiten der Nägel; in Horn's Archiv für med. Erfahrung, März und April 1827, und in v. Gräfe's und v. Walther's Journal, Bd XI. Hft 2. Berlin 1828.

J. N. Ruſt, Theoretiſch-pract. Handb. der Chirurgie in alphabet. Ordn. Bd XII. Berlin u. Wien 1834.

F. A. G. Berndt, die Lehre von den Entzündungen Bd I. Greifswald 1836.

Etymologia et definitio.

Panaritium five *Paronychia* (παρὰ nahe et ὄνυξ der Nagel) *Onychia* (ὄνυξ), *Panarium*, *Pandalitium*, *Digitium*, *Dactylitis*: Entzündung der Finger, der Zehen, Nagelgefchwür, Fingergefchwür, der Wurm, Fingerwurm, Adel, Akelei, Umlauf, Dahl, eft inflammatio digitorum manus et pedis, interdum, licet rarius, metacarpum et antibrachium corripiens, cui id prae ceteris peculiare eft, quod fere femper in fuppurationem transit. Digiti manus multo faepius hoc malo afficiuntur, eorumque faepiffime digitus index, medius et annularis, rarius pollex et rariffime digitus minimus. Vulgo non nifi in uno digitorum haec inflammatio apparet, rara funt exempla, eam in pluribus digitis fimul obviam fuiffe, et rariffimi ifti cafus, quorum *Boyer* [1]) unum, fecundum obfervationem *Heifteri* refert, in quibus omnes quinque digiti ejusdem manus a panaritio correpti fuerunt. Digitorum pedis imprimis *hallux* hoc morbo affligitur.

Differentiae.

Varietates Panaritii, quas medici diftinguunt, a fede inflammationis pendent, quae — tefte ex-

1) Boyer, Traité des maladies chirurgicales Tome XI S. 25.

perientiâ — omnes partes molles, quae inter os et epidermidem ſitae ſunt, vel ſimul vel ſenſim corripere poteſt. Secundum ſedem dictae inflammationis diſtinguuntur.

1. *Panaritium*, quod in cute externa in uno alterovis unguis latere vel juxta radicem unguis ſedem habet et *Panaritium erythematoſum* vel *cutaneum* dici poteſt, a *Richtero* [2]) a *Boyero* [3]) et aliis diſtinguitur et quidem recte, quamquam recentiorum auctorum plurimi hancce differentiam negarunt.

2. *Panaritium*, quod in tela celluloſa infra cutem et in lateris volaris digitorum integumentis craſſis et firmis, in apice digiti, ſedem habet et vulgo *Panaritium cutaneum* rectius vero *Panaritium ſubcutaneum* vel *phlegmonodes* vocatur.

3. *Panaritium*, quod tendinibus digitorum, vel flexoriis vel extenſoriis, et vaginae tendinum inſidet et *Panaritium tendinoſum* audit.

4. *Panaritium*, cujus inflammatio perioſtei anſam praebet, quod id circo *Panaritium perioſtei* nominatur.

5. Quinta Panaritii varietas, vel ex inflammatione radicis unguis, vel ex ungue cutem ſibi vicinam premente et irritante exoritur. Non ſolum cum inflammatione, ſed etiam cum exulceratione cutis ungui vicinae conjunctum eſt. Vulgo *Panaritium ſub ungue* vel *Panaritium ad unguem*, et *Paronychia* ſenſu ſtrictiori vocatur, et germanice Nagelgeſchwür audit.

---

2) Richter, Anfangsgründe der Wundarzneikunſt. Bd. 7. S. 273.

3) Boyer, l. c. S. 26.

Panaritium ſub ungue, diſtinguitur jure

a) in *benignum*, quod vel ex inflammatione levi radicis unguis, vel ex cutis per unguem preſſione et irritatione progreditur, et

b) in *malignum*, cujus necroſis radicis unguis, vel inflammatio ejus, in necroſin abire prona, anſam praebet[4]).

Praeter has dictas morbi noſtri varietates, quae frequentiſſime et quotidie occurrunt, auctores nonnullarum aliarum varietatum mentionem fecerunt, quae non niſi rariſſime occurrunt, et ad inſolitam hujus morbi conſtitutionem ſpectant, et inſolitas aberrationes ejus formare videntur. Huc pertinent:

Panaritium ſiccum, ita a *Richtero*[5]) vocatum et ab *Acrelio* obſervatum[6]), id eſt inſolita varietas Panaritii perioſtei, dolores vagos, ſed vehementiſſimos, ad manum, imo ad brachium usque extenſos ciens, tumoris expers, medelam reſpuens, phalangem digiti in maſſam adipoſam mutans, amputationem phalangis affectae inevitabilem reddens. *Onychia maligna*, ita a *Wardropio*[7]) vocata et ab eo obſervata, qua tertia phalanx vel pollicis vel hallucis in maſſam bulboſam degenerabat; etc.

Symptomatologia et Decurſus.

I. *Panaritium erythematoſum* vel *cutaneum*, quod Gallicis „tourniole“ vocatur, eſt inflam-

---

4) Chelius, Handbuch der Chirurgie. Baud 1. Abtheilung 1. S. 106.
5) Richter's Anfangsgründe. Bd. 7. S. 276.
6) Acrel, Chirurg. Vorfälle. Band 2. S. 210.
7) Wardrop, In Med. and Chir. Trans. Vol. V. p. 135.

matio ſuperficialis cutis juxta et circa radicem unguis, in rete *Malpighii* potiſſimum ſedem habens, dolores mites, ſed ruborem ſaturatum tumorem ſplendentem et durum ciens, in preſſione dolentem. Haec inflammatio ſemper in ſuppurationem ſuperficialem transit, quae veſiculae plane inſtar epidermidem adtollit, infra epidermidem puris vel potius muci exiguam maſſam exhibet, ſemper vero epidermidis necroſin ejusque poſt ſanationem desquamationem efficit. Haec leviſſima panaritii varietas, quae ſaepiſſime auxilium medici non poſtulat, in compendiis ſaepe non deſcribitur, attamen in infantibus frequentiſſima eſt, et ſine dubio panaritiis haec inflammatio cutanea ſuperficialis et levis adnumerari debet. Haec ſpecies panaritii ſola nonnunquam plures, imo omnes digitos attingit.

II. *Panaritium cutaneum* vel rectius *ſubcutaneum* maxima ex parte digitum afficit extremum ejusque interdum latus dorſale, ſaepius vero et fere ſemper latus volare. Inflammatio in hac ſpecie panaritii ſtratum fibroſum, infra cutem cum tela celluloſa conjunctum, corripit. Locus affectus modo majori, modo minori rubore tingitur, ſaepius vero omnis ruboris inflammatorii expers invenitur; tumor inflammatorius non niſi modicus eſſe ſolet, propter inflammationis ſedem profundam et cutis ſuper eam poſitae rigiditatem. Vehementiſſimi vero ſentiuntur dolores prementes, lacerantes, multo magis aegrotos cruciantes quam in aliis inflammationibus externis. Haec dolorum vehementia partim ex nervorum numero et ſenſibilitate in digiti apice, partim ſanguinis largo aſſluxu per arterias digitales, denique ex compreſſione partium ex

plicatur. Decurſus inflammationis fere ſemper eſt celer et aliquot diebus praeterlapſis ſecretio incipit infra cutem puriformis, in qua vero fluctuationem nunquam, vel ſaltem non niſi rariſſime ſentiri licet, propter exiguam puris quantitatem et ejus craſſum ex cute tegumentum.

III. *Panaritium tendinoſum* in vagina tendinum, inque ipſis digitorum tendinibus ſedem habens, ſaepius in latere flexorio quam extenſorio occurrit. Initio mali dolor magis fixus, tendens, satis vehemens eſt, ad manum, imo etiam ad totum brachium usque ad regionem axillarem progrediens; ſimul tumor creſcit, non ſolum digitorum, ſed etiam manus brachiique. Vaſa lymphatica, imprimis glandulae axillares ſaepius pro gradu et vehementiâ inflammationis intumescunt. Mox dolores tam fiunt vehementes, ut aegrotus omni fere ſomno careat, calor febrilis vel etiam febris exoriatur, ſitis vehemens et agitatio univerſalis, potiſſimum ex laeſa ſenſibilitate progrediens, aegrotos crucient; imo interdum ex dolorum vehementia et continua agrypnia conſtantia mentis perturbetur et deliria conſpicua fiant. Si pollex, digitus index et medius correpti ſunt, dolor in latere radiali ſupra progredi, ſi vero digitus annularis et minimus affecti ſunt, dolor in latere ulnari ſeſe extendere dicitur [8]). Quamvis ſymptomata enumerata gravia ſint, tamen illis non reſpondet rubor et intumeſcentia propter profundiorem inflammationis ſedem. Si vero inflammatio a ſede primaria et a tendinum vagina altius in telam celluloſam, atque in cutem propagatur, tumor creſcit, ſimul-

8) Chelius, l. c. S. 101.

que rubor magis conſpicuus redditur. Ha
ſymptomata localia et conſenſualia quum gı
dum aſſequuta ſunt maximum, tumor, dolo
calor et rubor ſentiuntur ab aegroto, et etia
percipiuntur a medico non ſolum in digito a
fecto, ſed in manu ipſa et carpo, ſaepe etiam
antibrachio conſpicua fiunt. In hac acme, ut
dicam, morbi, haud raro, ut ſupra diximus, va
lymphatica brachii et glandulae axillares p
conſenſum affectae, tumescentes dolentesque
dentur. Nunc etiam febris exculta adeſſe ſol
circa veſperam exacerbationes exhibens. Si m
lum hunc gradum aſſequutum eſt, ſuppurati
profunda incipit, pus autem interdum non ſo
lum in digito primario modo affecto, ſed quoq
in loco remoto, in vola manus, aut in antibrachi
formatur. Tela celluloſa ſimul afficitur et i
ſuppurationem transit. Saepe etiam pus in apo
neuroſi ipſa tendinum ſecernitur et ad metaca
pum usque progreditur. Fieri etiam poteſt, u
pus huc vel illuc infra vaginam cubiti accumu
letur. Fluctuatio in hac ſpecie fere ſemper diff
cillime ſentitur, quia pus profunde accumulatu
eſt, et fibroſae partes haud facile extenduntu
Qua re etiam ſero tantum pus partes ſuperna
ſponte perrumpit; quod ſi fit, partium profu
darum deſtructio ſemper adeſt, neque perioſteu
intactum. Praeter ſymptomata in hac form
panaritii ſupra expoſita unum reſtat, quod ſae
pius obſervatur. In latere digiti correpti exter
ſorio tumor quidam circumſcriptus, tenſus, ma
gnitudine nucis juglandis, quin etiam ovi galli
nacei in lucem prodit. Eſt autem ille tumo
oedematoſus, ſymptoma inflammationis in ſup
purationem jam progreſſae fere certum.

IV. *Panaritium perioſtei* quod ab inflammatione perioſtei exoritur, fere ſemper phalanges digitorum, rariſſime etiam oſſa metacarpi et antibrachii corripit.

Panaritium perioſtei digitorum graviſſimis et profundis doloribus maxima ex parte in digito extremo incipit, quibus id imprimis peculiare eſt, quod non — uti in panaritio tendinoſo fere ſemper fieri ſolet — ultra carpum et in antibrachium ſeſe extendunt. Praeterea haec panaritii ſpecies et ruboris et tumoris expers eſt, — intrante vero ſuppuratione digitum affectum saepius tumore oedematoſo correptum videmus. Saepenumero, et niſi partes molles in latere volari ſuper inflammationis ſedem poſitae eamque tegentes cito et tempeſtiva inciſione diſſecantur, non ſolum in ſuppurationem ſed etiam in cariem et necroſin transit, per quam phalanges affectae ex parte, imo integrae phalanges deſtruuntur.

Panaritium perioſtei oſſium metacarpi, iisdem diſtinguitur ſymptomatis, quibus panaritium digitorum. Tumor in vola manus conſpicuus redditur, ſi ſuppuratio intravit et pus partes ſupra jacentes ſponte perrumpit, per plures saepiſſime aperturas in vola manus effunditur. Praeterea haud raro abſceſſus quidam formantur, in quibus pus profunde jacet, quodſi evacuatum eſt, tendines ipſi affecti *reperiuntur* [9]).

Panaritium perioſtei oſſium antibrachii non niſi rariſſime occurrit. Sub initium rheumatismo ſimilem exhibet ſeriem ſymptomatum, eo tamen ab illo discrepat, ut dolores doloribus rheumaticis vehementiores ſint, neque tumor neque ru-

---

9) Berndt, l. c. p. 380.

bor in oculos cadat. Febris ſemper adeſt, po aliquot dies ſymptomata redduntur vehemen tiora, tela cellulofa inflammatione corripitu ita ut veram phlegmonem telae cellulofae ſecun dario modo exortam videamus. Pus in hoc caſ maxima ex parte in profundo ſedem habet et id non protinus inciſione evacuatur, oſſa antibra chii corripiuntur carie, tela cellulofa ipſiqu musculi deſtruuntur, quod aegroto maximu inferre damnum et amputationem antibrach neceſſariam reddere poteſt.

V. *Panaritium ad unguem* ſ. *ſubungue* prae cipue vel a radice, id eſt a matrice unguis pro ficiscitur, ubi ulcus quoddam unguis prodit, ve in latere unguis ſeſe oſtendit[10]). Hoc malum fere ſemper in exulcerationem transit, a quibu dam medicis *onychia* vocatur, ſaepius illud i digitis pedis, quam manus reperitur.

a) *Panaritium ſubungue benignum*, quo vel ab incarnatione unguis et a preſſione et irri tatione ejus in cutem vicinam, vel ab inflamma tione radicis unguis exoritur, aut in hallucis la tere interno aut in media hallucis parte obſerva ſolet. Dolores ſunt vehementes, inceſſum, uſum calceamentorum adeoque tibialium vetant, in terdum preſſionem lecti, ſi aegroti decumbunt ab illis tolerari non ſinunt. Mox ſecretio ſeroſo puriformis, imo ſaniofa et ichorofa circa unguen exoritur, quae vel cute provenit, ſi incarnati unguis adfuit, vel ex unguis radice pendet, illa radix ab inflammatione correpta erat. Pro pter exiguam illius vitalitatem, ſi inflammat fuerit radix unguis, fere ſemper vel exulceration

10) Chelius, l. c. p. 101.

vel necrofi affici, benignae fuppurationis vero fere nunquam anfam praebere folet. Praeterea excrefcentiae fungofae in lucem prodeunt, crefcente luxuriofe interea ungue, qui loco illo, quo ulcus eft, emollitur.

b) *Panaritium fub ungue malignum, five onychia maligna* (onglade), etiam in radice unguis originem capit. Initio tumor, rubore livido diftinctus, adeft. Inflammatio unguis, doloribus plus minus vehementibus ftipata, brevi in exulcerationem transit, partes circumjacentes tumefiunt, colore ex rubro livido tinguntur et fecretio ulceris non eft puriformis fed magis ichorofa maleque olens, ulcus ipfum autem carcinomati haud diffimile. Unguis in hac panaritii varietate deftrui folet, donec perfecta fanatione regeneratio ejus locum habeat et fenfim fenfimque et per longum temporis fpatium novus unguis ab radice regenerata crefcere incipit.

Praeter fpecies panaritii defcriptas illae denique funt confiderandae, quas fupra diftinximus tanquam formas infolitas a fcriptoribus quibusdam in lucem prolatas.

Aetiologia.

A. *Caufae disponentes.*

a) Caufae disponentes univerfales.

1. Quamvis panaritium per fe morbus fit localis, tamen, quod mirum eft, a conftitutione annua pendere videtur, cum temporibus quibusdam epidemice occurrerit. Tempore enim vernali vel autumnali tam frequenter occurrit, ut negari non poffit quin aër atmofphaericus aut in-

fluxus quidam alius vel cosmicus vel telluricu malum provocet.

2. Conſtitutio ſtationaria, quae hic conſide randa eſt, non alia niſi rheumatica ad malum provocandum aliquid confert, cum eae potiſſi mum partes afficiuntur, quae vulgo rheumatism corripi ſolent[11]).

b) Cauſae disponentes individuales.

Huc referendae ſunt: primo aetas juvenilis qua plerumque hic morbus occurrere ſolet dein ſexus femineus, in quo is ſaepius obſerva tur, quam in maribus, tertio diſpoſitio localis quae ſeſe manifeſtat epidermide calloſa[12]), quart dyscraſiae. Sunt autem hae dyscraſiae: arthri tis, ſcrophuloſis, dyscraſis herpetica. Ad ony chiam malignam provocandam ſyphilin et dys craſiam herpeticam praecipue multum conferre medici quidam contendunt, quidam contra ne gant[13]).

B. *Cauſae occaſionales.*

1. Dynamicae. Quibus adnumerandae ſunt infectiones, refrigerium in iis potiſſimum homi nibus, quorum vitae ratio ea eſt, ut modo flui dis calidis, modo frigidis manus imbui ne ceſſe ſit.

2. Dynamico-chemicae, quibus ii homines ſunt obnoxii, quos ars manus alkalicis ſubſtantiis acribusque ſaepe humectare cogit; combuſtio nes omnis generis et gradus.

3. Mechanicae; contuſiones, ictus, frictio morſus aliaque id genus. Cauſae ſupra enume-

---

11) Berndt, l. c p 382.
12) Ruſt, l. c. p. 691.
13) Ruſt und Berndt, op. c. p. 329 et 383.

ratae pro varia indole ad diverſas panaritii ſpecies provocandas et diverſo modo agunt: v. c. panaritium cutaneum et tendinoſum praecipue a cauſis dynamicis, chemicis et mere dynamicis, originem ducunt. Panaritium perioſtei a cauſis internis inprimis proficisci videtur. In onychia maligna praeſertim ſyphilis et dyscraſia herpetica ſecundum Ill. *Berndt* et *Blaſium*[14]) agere videtur, quia hydrargyrum ad hoc malum curandum plurimum valet. Quod quidem a quibusdam inprimis a *Lelut* negatur[15]).

Prognoſis.

Prognoſis ut in quovis morbo ſic in panaritio pro natura morbi, gradu, aegrotorum conſtitutione ceterisque omnibus in prognoſi generatim conſiderandis perpendenda eſt. Panaritium cutaneum ſive erythematoſum morbus eſt brevis, levis et ſanatu facillimus. Panaritium ſubcutaneum, ſive phlegmonodes nunquam quidem morbum conſtituere ſolet gravem et periculoſum, ſemper vero moleſtum eſt malum, fere ſemper nonniſi inciſione ſanandum, cultelli uſum in quovis fere caſu inevitabilem reddens; quam ob rem et haec levior ſpecies morbi a vulgo pro morbo gravi haberi et pertimeſci ſolet. Panaritium autem tendinoſum maxima ex parte morbum graviorem conſtituit, quem ſaepius morbi ſecundarii, interdum totam vitam

---

14) l. c.
15) Boyer-Collard (nach Dupuytren) im Repert. general d'anat. et de phyſiol. pathologiques et de clinique chirurgicale. T. IV. part 1. p. 225, und in Heuſinger's Zeitſchrift fur die org. Phyſik. Bd 2. Hft 5.

perdurantes, ſubſequi poſſunt: v. c. contractura ſic dictae tendinum praecipue in latere flexori ita ut digitus flecti non poſſit, vel anchyloſi ſpuria, et ſi perioſteum et phalanx ipſa eſt af fecta, anchyloſis vera exoriri poteſt, niſi affecta phalanges per cariem vel per necroſin ex par vel penitus deſtruuntur. Si vero panaritii ten dinoſi vel perioſtei cura nimis negligitur vel in epte inſtituitur, tota extremitas ita affici pote ut amputatio phalangis vel digiti vel manus in dicata ſit; quem exitum haud dubie peſſimu pro viribus prohibere debemus. Si phalanx un guis eſt affecta, vel panaritio cutaneo, vel ten dinoſo, haec naturae vi removetur aut facil a chirurgo removeri poteſt; ſi vero phalanx pri ma vel ſecunda carie vel necroſi eſt affecta, ſae piſſime non niſi operatio amputationis vel exar ticulationis malum tollere poterit. Peſſiman prognoſin vero efficiunt propagationes inflam mationis et ſuppurationis, ſecundum decurſun tendinum et muſculorum in manum et in anti brachium adſcendentes. Pus in hiſce caſibu infra aponeuroſin palmarem, in interſtitiis muſ culorum et tendinum accumulatum et incarce ratum graves ciere poteſt deſtructiones, gravia que ſymptomata et localia et univerſalia exci tare, ex quibus ſphacelum et in nonnullis caſibu adeo mortem oriri obſervatum eſt. Idcirco fa tendum eſt, panaritium tendinoſum et perioſte pro gravi morbo eſſe habendum. Incommod quae ex neglecto panaritio tendinoſo et perioſte prodire poſſunt, etiam ex panaritio ſub ungue imprimis ab onychia maligna proficiſci poſſ compertum eſt; etiam in hac ſpecie morbi ſae pius quam in reliquis ad amputationem halluci

confugiendum est, quae haud raro ab ipsis ae-
grotis propter lentum et diuturnum morbi de-
cursum, et gravia quae inde oriuntur incom-
moda, desiderari solet. Nihilominus panaritium
sic dictum sub ungue nunquam morbum consti-
tuere solet periculosum, universam valetudinem
raro turbat, febrem non ciet et ultra sedem pri-
mariam fere nunquam sese extendit.

C u r a.

A. *Curatio prophylactica* (praeservativa) hoc potissimum agere debet, ne malum exoriatur, si causae manifestae simulque tales sunt, quae morbum avertere eumque praecavere sinant. E curis prophylacticis, quae hunc in finem commendatae sunt, illas tantum enumerasse sufficiet, quae vel revera aliquid efficiunt aut a viris eruditissimis sunt commendatae saepeque adhibitae. Quum e. g. digitus vulnere punctorio est sauciatus, diligenter perscrutandum est, num vulneri inhaereat corpus sic dictum alienum. Nam si tale corpus detegi non potest, sanguinis liberum effluxum efficere convenit, quod fit, dum digitus in regione vulneris modice comprimitur et dehinc aquae tepidae immittitur, eique diu exponitur. Nonnulli medici, v. g. *Boyer*[16]), commendaverunt balnea localia tepida ex decoctis mucilaginosis et remediis narcoticis praeparata, quae vero efficaciora et prae aqua tepida salutifera non videntur. Postea ad cataplasmata emollientia aufugiendum est, quae eousque adhiberi debent, donec omnis inflammatio in am-

16) Boyer, Traité des maladies chirurgicales. Tom. XI. p. 33.

bitu vulneris et omnis dolor disparuerit. Haud raro haec remedia panaritii ortum praecaverunt. Interdum etiam conducit digitum ſatis fortiter retundere. Si vero vulneri corpus quoddam alienum inhaeret, id prae ceteris eſt removendum, ne ex ejus irritatione panaritium exoriatur, et niſi forcipe ſimpliciter poteſt extrahi, dilatatio vulneris ſine mora in finem extractionis inſtitui debet. Ex laeſionibus illae potiſſimum periculum inferunt, quae in ſectionibus cadaverum oriuntur, quum fluidum nocens et acre, quo vulnus eſt imbutum, reſorbtione in circulationem ſanguinis defertur et panaritia graviſſima, imo mortem adducere poteſt. Huic incommodo optime ita eſt ſubveniendum, ut ſanguis ex vulnere exprimatur, quo facto pars laeſa aquae ſaponaceae aut quod melius eſt, ſolutioni Kali cauſtici, vel acido ſulphurico diluto ſub forma balnei topici exponitur. Neque erit minus commodum ſi vulnus aliquamdiu ſuppurat, quod in qualibuscunque vulneribus, veneno aliquo infectis, cum ſucceſſu ſit. Haec ſuppuratio efficitur, ſi vulnus poſt balneorum modo dictorum applicationem vel Kali cauſtico ſicco, vel acido ſulphurico concentrato, vel liquore ſtibii muriatici tangitur, et, ut ita dicam, hisce ſubſtantiis leniter cauteriſatur. Multa inſuper remedia magis minusve conducentia celebrata ſunt, exempli gratia aqua frigida, ut ipſa glacies, porro aqua ſaturnina frigida, balnea Kalina calida, inunctiones unguenti hydrargyri cinerei, involutiones digiti ope emplaſtri hydrargyri cinerei. *Theden* [17]) digitum, ma-

---

17) vid. Ruſt op. cit. p. 693.

um et brachium involvit fascia lintea, eamque
qua vulneraria per duas vel tres dies humecta-
it. *Schmucker*[18]) hirudines applicavit digito,
ostea fomentationes ex aqua ſaturnina adhibuit.
lem fere et *Calliſen*[19]) fecit, qui modo bal-
eis frigidis, modo calidis e fluidis ſpirituoſis
ratis uſus eſt et veſicantia parti affectae im-
ſuit. Morbo incipiente electricitatem quoque
nduciſſe comperimus. *Flagiani*[20]) hirudines
venaeſectiones adhibuit, tum vapores emol-
entes et unguenta digeſtiva commendavit.
latner[21]) digitum aqua tam calida, quam
grotus perpeti poſſit, immergi ſuaſit. *Job
Meckren*[22]) ignem adhibuit ita ut ſupra locum
ectum linteum carptum, oleo terebinthianae,
iritu vini vel cera madefacta imbutum combu-
ret. Praeter haec, quae modo enumeravi re-
edia, alia reſtant multa, quae commendata
adhibita ſunt, quae quidem ſilentio praeter-
nda cenſuimus.

B. *Cura therapeutica* differt ſecundum pana-
ii varietates, ſecundum ſedem et gradum ejus.

I. *Panaritium cutaneum* ſive *erythema-
um* medela ſaepiſſime non eget et fere ſemper
onte ad fauſtum exitum, ſcilicet ad ſuppura-
nem ſuperficialem pervenit. Nihilominus
nvenit, ne cutis inflammata ex cauſis externis
trimentum capiat, digitum affectum cataplas-

8) idem.
9) Principia ſyſtematis chirurgiae hodiernae. P. I. p. 260.
0) Ueber das Nagelgeſchwür in Kühn's und Weigel's chirurg. Bibliothek. Bd II. S. 50.
1) Ruſt op. cit. p. 694.
2) idem.

mate emolliente tegere, donec ſuppuratio ſupe
ficialis epidermidem veſiculae inſtar extuleri
quod ſi factum eſt, forfice vel cultello epiderm
incidenda et particula ejus auferenda eſt, ut p
infra epidermidem accumulatum omne emana
queat. Poſtea juvat, digitum affectum emp
ſtro hydrargyri involvere et quotidie epiderm
dem necroſi affectum forfice abſcindere et e
plaſtro hydrargyri uti, donec recens epiderm
penitus exculta ſit. Si vero, quod interdum ev
nit, pus non infra epidermidem, ſed infra u
guem in regione radicis ejus accumulatur, e
itus puris ſponte fieri non poteſt et, cum urge
arte efficiendus, ſed non facilis eſt inſtitut
Hunc in finem vel cultro vel vitreo quoda
unguis tam diu radi debet, donec apex culte
facile eum poſſit penetrare et niſi pus per ſimpl
cem punctionem evacuari poteſt, forſicis o
particulam ejus excidere oportet, ut pus libe
emanare queat.

II. *In Panaritio cutaneo* reſolutio inte
dum, licet raro, fieri poterit, ſi inflammatio m
nus rapide decurrit. Hunc in finem hirudin
applicandae, unguentum mercuriale inunge
dum et balnea tepida adhibenda ſunt. Hisce r
mediis vero nunquam ultra biduum vel triduu
inſiſtere oportet, quia reſolutio niſi cito ſit, nu
quam locum habere ſolet. Si exitus in ſuppur
tionem non amplius dubius eſt, nil melius fie
poteſt, quam ut ſuppuratio acceleretur; quem
finem interdiu et noctu cataplasmata calida a
hibenda ſunt, vel e pane albo et lacte, vel
ſeminibus lini, aut ex farina ſeminum lini cu
cerevifia coctis compoſita. Si accumulatio pu
vel fluctuatione perſpicua vel tumore rotund

circumſcripto animadvertitur, ſive dolores ve-
hementiſſimi et pulſatorii, gravativi aegrotos
cruciant, tempeſtive et ſine mora ad inciſionem
eſt confugiendum, quae unicum format artis au-
xilium ad praecavenda gravia incommoda ex
puris incarceratione oriunda, de quibus ſupra
loquuti ſumus. Inciſio ſatis profunde usque ad
tendines inſtitui et tota phalanx affecta longitu-
dinaliter disſecari debet. Interdum evenit, ut
pus cutem anguſta apertura penetraverit — po-
tiſſimum, ſi inciſio nimis et ultra juſtos limites
differebatur — et ex parte infra epidermidem
accumulata inveniatur. Caveas in tali caſu, ne
epidermidem ſolam disſeces et cultro non ad
fundum ſuppurationis penetres — potius culter
aperturae fiſtuloſae imittendus et focus puris per
totam phalangem affectam ſedulo nudandus eſt.

Poſt emiſſionem puris balnea tepida et de-
hinc cataplasmata emollientia, ſub finem curae,
omnis ſuppuratio ceſſaverit, emplaſtrum hy-
drargyri conveniunt.

III. *Panaritium tendinoſum* ſub initium
eandem medelam poſtulat, quae panaritio ſub-
cutaneo convenit, eademque remedia topica hic
quoque adhibenda ſunt. In eo vero differt cura
panaritii tendinoſi, quod inciſio non differri
debet, donec ſuppuratio palam fiat vel donec
eam conjecturare liceat. Si ſymptomata urgent,
doloribus vehementiſſimis ad manum, anti-
brachium, ad brachium, imo ad foveam axilla-
rem extenſis, agrypnia, febre, ſumma agita-
tione et delirio aegri afficiuntur, larga inciſio ſu-
bito inſtituenda eſt, antequam ſuppuratio exculta
ſit et deſtructionum ex ejus incarceratione per-
meſcendarum anſam praebuerit. Haec inciſio

tempeſtiva idcirco non debet differri, quia in h panaritii varietate formatio puris nullo symp mate perſpicua ſit, quia inciſio, niſi cito et te peſtive inſtituitur, facile nimis ſero locum bere poteſt, quia inciſio, niſi pus evacuat, t ſionem certe partium inflammatarum, infla mationem et ejus ſequelas pernicioſas toll quia haemorrhagiam efficit per quam infla matio mitigatur, quia denique morbum g vem in vulnus ſimplex transmutat. — Re v quoque haec inciſio tempeſtiva non ſolum o mum praebet auxilium ad ſanandum morb et ad praecavendos infauſtos ejus exitus, etiam optimum et efficaciſſimum affert aegro levamen.

Inciſio usque ad tendinem ipſum ſine e laeſione penetrare debet. Melius et magis e optatum eſt, ſi tendinem non enudatum eu que tela celluloſa et adipoſa tectum, quam liberum eum inveneris, quia ſi enudatus evaſer vulgo necroſi corripitur, ex qua anchyloſis ſp ria inſanabilis per totam vitam perdurans, v extenſionem digiti flexi, vel flexionem dig extenſi prohibens, fere ſemper exoritur. Si p factam inciſionem pus evacuatur, ejus ſpontan emanatio non ſufficit. Sedulo explorandum e num pus ultra locum inciſione apertum ſeſe e tendat. Hunc in finem ope ſpecilli explorat num ultra angulum ſuperiorem vel inferiore vulneris inſtrumentum in telam celluloſam bere penetret; quod ſi ſit, cutis disſoluta, te dinibus non arcte adhaerens, penitus quoq disſecanda eſt. — Si vero inciſio nimis ſero i ſtituitur, haud raro evenit, ut pus in vola m nus, imo in antibrachio accumuletur, ex quib

locis item prompte et ſine haeſitatione emitti debet. Quando igitur in vola manus vel in antibrachio fluctuationem detexeris, ibi novae inciſiones inſtituendae ſunt, vel ſi in vola manus abſceſſus haud procul a digito invenitur, inciſio prior eousque perlongetur, ut in nullo loco pus, a quo non niſi graves deſtructiones exſpectare debes, remaneat.

Poſt perfectam puris evacuationem hic quoque cura panaritii ſubcutanei, de qua ſupra disſeruimus, convenit. Inciſio vaginae tendinis, quam veteres ſuadebant chirurgi, ſtrenue eſt evitanda. Ulcera fiſtuloſa, quae ex ſpontanea puris proruptione interdum oriuntur, dilatari debent, vel ſi dilatatio non facile perfici poteſt, ſetaceum ſecundum *Boyer* [23]) adhibendum. Ligamentum carpi volare proprium nunquam eſt incidendum, propterea quod flexores juſto modo agere non poſſunt.

IV. *Panaritii perioſtei* cura haud multum differt a cura tendinoſi. Morbo incipiente omnia illa remedia adhibenda ſunt, quae ſupra ad efficiendam reſolutionem a me expoſita ſunt, ne ſuppuratio et inde ſequentia incommoda exoriantur. Si illa remedia fruſtra ſunt adhibita, ſiquidem dolor ſentitur vehementiſſimus, inciſionem inſtituamus neceſſe eſt, quae usque ad os ipſum penetrat, quam ſi negligimus, timendum eſt, ne oſſa carie afficiantur. Si jam caries adeſt, ſpecillo facile cognoſci poteſt ex aſperitate denudataque perioſteo oſſis ſuperficie. In hoc caſu non protinus — ut ſuaſerunt nonnulli — amputatio vel exarticulatio inſtituenda eſt, cum ſaepe

23) vid. Ruſt p. 697.

eveniat, ut ex partibus mollibus, os carie afſ ctum obtegentibus granulatio proveniat ſupe ficiem oſſis carioſi tegens et cicatriſationem effic ens. Fieri etiam poteſt, ut os perioſteo den datum necroſi corripiatur et particulae oſſis n croſi affectae per vulnus ſponte ſed ſenſim ſenſim que ejiciantur, quo facto cicatriſatio vulner mox fieri ſolet. Caries in prima vel ſecunda pha lange pejor eſt quam in ultima, quae non tan aeſtumanda, quia in hoc caſu digitus, phalan illa remota, non niſi brevior fit. Si malum e usque eſt progreſſum, ut neque conſervatio oſſi neque partium mollium fieri poſſit, in ultim articulo digiti exarticulatio phalangis inſtituend eſt. Si vero etiam phalanx ſecunda eodem mod affecta eſt, exarticulatio in articulo ſecundo no commode fit, quia aeger digito, qui non niſi e una phalange reſidua conſtat, non bene uti pote rit; melius id circo convenit, in dicto caſu inte grum digitum auferre ex articulo quo cum meta carpo cohaeret, ſi pollicem exceperis cujus prim phalanx ſedulo conſervari debet. Amputatio ve exarticulatio ſi non neceſſaria eſt, malum iisder fere remediis ad ſanitatem perducendum eſt, qua in panaritio tendinoſo et ſubcutaneo commen davimus. Granulatio luxurioſa lapidem exposci infernalem, vel alumen, vel hydrargyrum oxy datum rubrum aliaque hujus generis remedia Saepe etiam poſt hanc panaritii ſpeciem remane anchyloſis phalangum digitorum vera et inſana bilis, remanent quoque interdum intumeſcentia et anchyloſes ſpuriae, quibus, prout res poſtula emplaſtro adhaeſivo, vel mercuriali, quibus dig tus tumefactus involvitur et comprimitur, bal neis tepidis vel animalibus occurri poteſt.

V. *Panaritium ſub ungue*, quamvis minus gravibus ſymptomatis incipiat, tamen curam expoſcit caute et diligenter inſtituendam, qua neglecta, multa et longinqua incommoda inde evadere poſſunt; imprimis panaritium benignum talem gradum malignitatis ex negligentia acquirere poteſt, ut panaritio ab initio maligno ſimile fiat, per ſymptomata malignitatis medicum fallat, eumque inducat, eam ut adhibeat medelam, quae non niſi panaritio maligno convenit et ab aegrotis non ſine magnis doloribus nec ſine multis aliis incommodis fruſtra ſuſtinetur.

Panaritium ſub ungue benignum, quod a levi et benigna inflammatione radicis unguis pendet, ſub initium per reſolutionem hujus inflammationis poteſt ſanari. Hunc in finem hirudines, fomentationes ex aqua frigida, quae ſi non bene ab aegrotis ferri poſſunt, cum cataplasmate emolliente commutandae, prae caeteris vero abſoluta quies aegrotorum et abſtinentia a calceamentis conveniunt. Si reſolutio non contingit et ſuppuratio fit, pus eodem modo removetur uti in panaritio digitorum cutaneo, de quo ſupra disseruimus.

Si vero panaritium ſub ungue benignum ex ſic dicta *incarnatione unguis* prodit, partes unguis in cutem vel in carnem penetrantes non ſolum removeantur, ſed praecaveatur etiam, ne iterum novam incarnationem ineant. Ut partes unguis in carnem penetrantes vel cutello, vel forfice removeri queant, interdum ablatio excreſcentiarum fungoſarum antecedere debet, quae vel lapide infernali vel cultro perficitur. Ne vero unguis, ſatis et juſte circumciſus novam incarna-

tionem ineat, varia confilia a chirurgis propo-
fita funt. Huc pertinent: Abrafio partis mediae
unguis ad eam usque tenuitatem ut unguis in me-
dia parte quafi flectatur et in plicam quafi redi-
gatur, qua effecta margines unguis a carne fpon-
abducantur neceffe eft (*Dionis*); — lamina plum-
bea inter unguem et partes molles pofita, ibiq-
retenta donec unguis margo crefcendo carne-
reliquerit. (*Guy de Chauliac*); — idem con-
lium, paucis cum mutationibus *Default* quoq-
propofuit, — et a *Boyer* etiam lamina plumb-
laudatur, cujus ufus omnino falutem ferre pot-
fi caute ifta lamina unguem inter et carnem p-
nitur et ita flectitur, ut in jufto loco reman-
Plurimi medicorum vero in finem novae inca-
nationis praecavendae linteo rafo utuntur, qu-
inter unguem et carnem ferunt et cujus maffa-
quotidie augent, donec unguis margines laterale-
crefcendo carnem reliquerint.

Panaritium fub ungue malignum, vel *Ony-
chiam malignam*, uti fupra expofui, a fyphi-
faepius proficifci experientia docuit. Qua re-
hanc femper attentio noftra dirigenda erit. Quum
nobis perfuafum eft, malum lue venerea niti, re-
media mercurialia adhibenda funt, e quibus hy-
drargyrum oxydatum rubrum imprimis prof-
ciffe dicitur. Si irritatio quaedam praevalet, re-
mediis antiphlogifticis vel fedativis eft tollend-
et ad hunc finem detractio fanguinis, cataplas-
mata emollientia, balnea, inunctiones, unguen-
hydrargyri cinerei aliaque remedia laudata fun-
Quum malum jam ad pejus inclinat, aqua phage-
daenica nigra ex hydrargyro muratico miti e-
opio et aqua Calcariae uftae conftans ab *A. Co*-

per[24]) externe, et interne decoctum radicis Saſſaparillae commendatum eſt.

Quae remedia mitiora ſi non ſufficiunt ad ſanationem, nil ſupereſt niſi deſtructio perfecta et ablatio unguis, per quam ulcus malignum in ulcus benignum — continuato ſcilicet remediorum internorum uſu — commutari poteſt. Interdum unguem ita mobilem et cuti tam laxe adhaerentem invenimus, ut forcipe illum — quamquam haud ſine magnis aegrorum doloribus — evellere poſſimus. Quod ſi non ſub initium contigit, antea lapis infernalis ad perfectam radicis unguis deſtructionem in uſum vocandus eſt, quo unguis vel quotidie repetitis vicibus tangi, vel paſta ex lapide infernali pulverato conſtans ungui ſuperimponi debet, donec evulſio unguis contingat. Interdum etiam loco lapidis infernalis liquor ſtibii muriatici ſecundum *Dupuytren* eodem cum ſucceſſu adhiberi poteſt.

Cauſticorum uſus haud raro ad deſtructionem radicis unguis ſufficit, ita ut ulcus bonum pus ſecernere incipiat atque benignum habitum exhibeat. In hisce caſibus evulſio unguis neceſſaria non eſt, et ulcus ſolitis remediis externis, ſecundum ſic dictam productivitatem ulceris, usque ad ſanationem et cicatriſationem curatur.

Si vero Cauſticis ſic dictis potentialibus radix unguis non perfecte deſtruitur, neque evulſio unguis contingit, ulcus contra in charactere malignitatis pertinaciter perſeverat, neque aegri mitiori cura a gravibus moleſtiis liberari poſſunt, nihil ſu-

---

24) In London med. and phyſical Journal p. 189 etc. und in Horn's Archiv für med. Erfahrung. S. 350 — 353.

pereſt, niſi ferri candentis uſus, vel excifio u
guis. Ferro candente radix unguis usque ad pe
fectam deſtructionem et mortificationem tang
tur — cultro vere incifio ſemilunaris per rad
cem unguis profunde cutem penetrans inſtitu
tur, quae tali modo deorſum prolongatur, u
conjunctio unguis cum cute penitus tollatur. Po
hoc vulnus ſimpliciter ligandum eſt, dolor po
aliquot horas ceſſat, et diebus tribus aut quatu
praeterlapſis vulnus bene ſuppurat. Cum part
culae quaedam unguis iterum apparent, forci
removeantur. Malo jam inveterato interdu
optime amputatione vel exarticulatione ſu
curritur.

Multo mitiorem panaritii ſub ungue c
randi methodum *Boyer* propoſuit, quae ver
non niſi in benignis, quamvis pertinacibus caſib
ſucceſſum habere poterit. Haec methodus in e
conſtat, ut radix unguis ope compreſſionis mo
tificetur. Hunc in finem linteum carptum u
guis radici ſuperimponitur et compreſſio ope e
plaſtri adhaeſivi efficitur et tamdiu continuatu
atque in dies fortior redditur donec cicatriſati
perfecta adſit. Poſt cicatriſationem novus et ſanu
unguis regenerari ſolet.

V I T A.

Christianus Adolfus Bergt Burgstadii, oppido in axonia regia sito, natus sum patre *Christiano Adolfo* ergt, matre *Rosina*, e gente *Steinert*, quos morte mihi reptos magnopere lugeo. Christianae religioni secunum Lutheri formulam addictus, postquam, primis imutus litterarum elementis, in Lyceo Chemnitziensi per omplures annos litteris humanioribus operam navavi, ipsiam me contuli, ubi in schola ad St. Thomam tum emporis sub *Beat. Rostii* auspiciis florente maturitatis xamen feliciter superavi. Quo facto medicinae studium dgressurus Rectore Magnifico *G. Muellero* civibus uniersitatis Lipsiensis adscriptus hisce interfui praelectioibus: Ill. *Schwaegrichen* de Zoologia et Botanice; quem tiam sequutus sum in excursionibus; Ill. *Brandes* de hysice experimentali; Ill. *Fechner* de galvanismo et lectro-chemia; Ill. *Erdmann* de chêmia quum theoreica, tum experimentali; Ill. *Drobisch* de psychologia; ll. *Weber* de physiologia et anatomia, a quo praeceptore tiam cadavera rite dissecandi artem edoctus sum. Porro el. *Radium* audivi de pathologia et therapia generali; xp. *Schreber* de pharmacia et pharmacologia; Ill. *Haas* e therapia speciali; Ill. *Cerutti* anatomiam pathologicam t therapiam specialem tractantem, quo viro duce per uo semestria clinicum medicum frequentavi; Ill. *Jörg* ne edocuit artem obstetriciam; Ill. *Kuhl* chirurgiam t operationes chirurgicas in cadaveribus instituendas; ll. *Heinroth* de morbis psychicis, et alias frequentavi raelectiones. Praeterea auspiciis Ill. *Kuhl* clinico-chiurgicis et duce Ill. *Jörg* clinico-obstetriciis interfui xercitationibus. Jam quinquennio praeterlapso Halas axonum profectus absolvi examen philosophicum. Unde ryphiam petii, ubi quamquam civium academicorum umero non adscriptus venia data mihi contigit ut frequenarem Ill. *Berndtium*, de cholera orientali differentem, ujus sub auspiciis clinico-medicis exercitationibus et onversatorio latino sermone habito interfuisse mihi graulor; eodem tempore Cel. *Kneip* clinico-chirurgicas et phthalmiatricas exercitationes dirigentem, me frequenasse gaudeo; denique Ill. *S. Schultze* et Cel. *Laurer*

me dignum habuerunt, qui intereſſem privatiſſimis e anatomia ſcholis.

Quorum omnium Praeceptorum dilectiſſimorum ſummopere colendorum maxima in me merita benefici que gratiori agnosco animo, quam ut ſcripto verboqu exprimere valeam.

Jam vero tentamine examineque rigoroſo abſolut coram gratioſo medicorum ordine, ſpero fore, ut ſum mos in medicina et chirurgia nec non arte obſtetrici honores nanciscar.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Hydrops ſymptoma magis, quam morbus ipſe.

II.

Paracenteſis in hydrope eſt rejicienda.

III.

Nulla gangraena ſine inflammatione.

IV.

Graviditatis duo ſigna ſunt certa.